opeꝝ. nō diuturnitas tpm. ſꝫ maior charitas
auget meritū ꝛ p̄miū. Ex illo ſequit͛ ꝙ cū pau
cis opib⁹ hō poſſet magis mereri q̄ꝫ alter cuꝫ
mltis: ſi maior adeſt charitas. Hylari⁹. Fru/
ſtra erit oīs opatio ſi nō adhibeat͛ dei dilectio.
i. Joh. iij. Qui nō diligit manet ī morte. Hu
go. Dilige ꝛ fac q̄cq̄d vis. Quinto valet cha/
ritas ad oīm bonoꝝ ꝑticipationē. nā ex vincu
lo charitatis colligamur ꝛ vnimur ꝙ oīa nr̄a
mutuo cōicam⁹. Bern. Charitas eſt ꝟt⁹ lar/
giflua. nā omia facit cōia. pſ. cxviij. Partici/
pem me fac de⁹ oīm timētiū te. Gre. in paſtor.
Hinc ergo penſent inuidi charitas q̄nte ꝟtu
tis ſit. q̄ alieni laboris opa nr̄a ſine labore facit
qd̄ tuū ꝑ laborē: meū ꝑ amorē. Bern. O cha/
ritas neminē ſpolias. oīa rapis. nulli auferſ
ſua. oīa facis tua. de ꝯſe. diſt. iiij. Eccl'ie chari/
tas. Eccl'ie charitas q̄ ꝑ ſpūm ſanctū diffun/
ditur in cordib⁹ eoꝝ q̄ ꝑticipes ſui ſunt pecca
ta dimittit. eorū qui ſui nō ſunt tenet. Sexto
charitas valet ad oīm maloꝝ nr̄oꝝ ꝛ aliorūꝫ
bonoꝝ cooperationē. Ro. viij. Scim⁹ q̄m dili/
gentib⁹ ꝛc. Si aūt oīa: ergo nr̄a ꝛ alioꝝ bona
ꝛ mala. q̄uo eīm mala mea nō coopant͛ ex quo
rū cognitiōe humilitatē teneo. et in patientia
me affligo. aut q̄uo alioꝝ mala nō cooperantur
mihi in bonū: q̄b⁹ ex corde cōpatior. quē affe/
ctū apl's habuit. ij. Cor. xij. Lugeā mltos ex
his q̄ peccauerūt ꝛ nō egerūt pn̄iam. ꝛ. ij. Co/
rinth. xi. Quis infirmat͛ ꝛ ego non infirmor.
Et ſic ptꝫ quō ex fidelib⁹ nr̄is affectib⁹ nr̄a et
alioꝝ mala ꝑuenīūt ad ſalutē. Z Nota
amor dei caret ſeptuplici defectu: q̄s hꝫ amor
carnalis. Prim⁹ eſt q̄ diligit deū ſemꝑ pōt eū
habere pn̄tem. pſ. cxxxviij. Si aſcēdero in ce
lū tu illic es. ſi deſcen. ad infernū ꝛc. Mgr̄ i. i.
De⁹ eſt vbiq̄ꝫ eſſentialr̄: p̄ſentialr̄ ꝛ potētialr̄.
ꝛ ſic nō eſt de amore carnali. Scd̄s defect⁹ eſt
q: amor carnal' nō diligit ꝟaciter. q: ſi diligis
aliquē neſcis vtrū te diligit. ſꝫ de deo nō eſt du
biū q̄n ſi eū diligis: ipe te diligit. ꝓuerb. viij.
Ego diligētes me diligo. Tercio amor carna
lis diligit aliquē ꝛ ipe neſcit: ꝛ facis aliq̄d ali/
qn̄ in amore ꝙ diſplicea͛t ei. ſꝫ ſi diligis deum
cert⁹ ſis eū nō ignorare Joh. ij. Ipe ſciebat q̄d
eſſet in hoīe. Quarto amor dei n̄ inuidet aliis
ſil' amātib⁹. ſed amor carnal' inuidet ꝙ aliq̄s
ſit eīdē familiaris quē amat. ſꝫ dei nō. q: vellꝫ
ꝙ omēs hoīes deū amarēt. q: ꝑ hoc nihil ei de
perit ſꝫ accreſcit. Quīto q̄uis deū diligo ſuper
oīa. nō tn̄ doleo ſi aliquē plus diligit. Rō q:
ſcio ꝙ iuſt⁹ eſt ꝛ ſapiēs ꝛ oīa iuſte facit. et hoc
amor carnal' nō habet. Sexto cuꝫ ꝯſidero ꝙ
ipe tant⁹ eſt: ego tā modic⁹. mihi ſufficit ꝙ in/
ter extremos me ponat. dū tn̄ etiā ſum de nu/
mero amicoꝝ ſuoꝝ. h̄ etiā carnal' amor nō hꝫ.
Septio etiā cert⁹ ſum ꝙ ei⁹ amiciciā perdere
nō poſſum niſi ex meo vicio. ipe eīm in ſe ē im/
mutabil': ꝛ mors me ei auferre nō pōt. h̄ etiaꝫ
carnal' amor nō hꝫ. ſi igit͛ ſerioſum ſe oñdat d̄
h̄ nō doleas ſed gaudeas. Apocal'. iij. Ego q̄s
amo arguo ꝛ caſtigo.

De eadē dn̄ica. Sermo. CLVIII.

D Iliges proximū tuū ſicut teipm. Mat. xxij

A In ꝟbis p̄miſſis duo
innuunt͛. Primo dilectionis neceſſitas. ſcd̄o
diligendi q̄litas. p̄mū ibi. diliges. qd̄ ſonat ꝑ
cipientis autoritatē. ſcd̄m ibi. ſicut teipm. qd̄
deſignat diligēdi q̄litatē. De p̄mo dicit. Dili
ges proximū tuū. Ecce p̄cepit. q: in ſacra ſcri/
ptura ponit͛ frequēter futurū indicatiui ꝑ im
peratiuo more hebreoꝝ ꝛ grecorūꝫ. Nota ne/
ceſſitas dilectiōis ptꝫ ex q̄ttuor. ex ſcriptura.
figura. natura. creatura. Pri̊o in ſcriptura: ex
eo ꝙ crebri⁹ monet ad dilectionē ꝓximi ī ſcri/
pturis. Leui. xix. Diliges ꝓximū tuum ſicut

teipm Joh.xv. Hoc eſt pceptū meū vt diliga
tis inuicē. Lu.x. Diliges pximū tuū ſi. teipm
Ex h in pposito adeo neceſſaria eſt hu9 man
dati executio ꝙ de9 ſeipm diligere nō reputat
ſi nō ꝛ pxim diligā9. i. Joh.iiij. Qui nō dili
git fratrē ſuū quē videt: deū quē nō videt quō
poteſt diligere. Jtē.i. Joh.iiij. Si qs dicit di
ligo deū: ꝛ fratrē ſuū odit: mēdax eſt Et itez.i.
Joh.iij. Omīs q odit fratrē ſuū homicida eſt
ex qbus oibꝫ pꝫ neceſſitas dilectiōis. Scdo
pꝫ ex figura.i. exemplo et reglā: qd de9 i ſeipo
nob ppoſuit ad imitandū. Nā de9 intantum
nos dilexit ꝙ oēs homies vult ſaluos fieri.i.
Thimo.ij. ꝛ ſic nos Jdcirco pxim9 ſiue bon9
ſit ſiue malus eſt diligēd9. de bono ſatis claret
ꝙ amādus eſt. qꝛ tal' fili9 dei noiat ꝛ eſt.i. Jo.
iij. Uidete qualē charitatē dedit nob pater vt
filij dei noiemur ꝛ ſim9. ꝛ chriſt9 reputat eū at
tinere ſibi oī genere attinētie. Mat.xij. Qui/
cūqꝫ fecerit voluntatē pr̄is mei q in cel' eſt: ipe
frater me9 ſoror ꝛ mater eſt. Si aūt mal9 pxi/
mus eſt adhuc eſt diligēdus: ꝛ ppter deū: ꝛ p
pter ſeipm: ꝛ ppter te. Pr̄o ppter deū. qꝛ ſi de
um diligis ꝛ ei9 filiū amabis. cū ſane mētꝫ eſt.
ꝛ ppter deū debes amare pximū: cū inſane mē
tis fact9 eſt. Scdo ppter ipm. qꝛ ſi frēm ama
bas ſanū. nihilomin9 debes amare egrotū z. in
tali eñ ſtatu magꝭ indiget amore tuo qꝫ i alio
Tercio ppter teipm debes amare eū. magꝭ eñ
lucraris amādo eū cū tibi nocet qꝫ cū tibi bn̄/
ficus erat. Jnde eñ efficimur filij dei Mat.v
Diligite inimicos ꝛc. vt ſitis filij patris veſtri
q in celis eſt. nā chriſt9 dilexit nos cū inimici
eſſem9 ſui. Ro.v. Cū inimici eſſem9: recōcilia
ti ſum9 p mortē filij ei9. ꝛ ſic nos facere debem9
ex imitatiōe ꝛ figura ei9. Tercio neceſſitas h9
pcepti pꝫ ex natura qua ɔiūcti ſum9 ad inui
cem. de q Aug. Uoluit de9 vnicū formare ho
minē in pncipio a q oēs pcederēt vt tanqꝫ fra
tres oēs hoies ſe amarēt. nec ſic factū legimuſ
in angel' ꝛ aialibꝫ brutis. nec ſolū frēs ſumus
ſm hoiem. ſꝫ etiā habem9 ad inuicē fraternita
tem ſpūalē. de q Aug. Omēs frēs ſum9 ſm ꝙ
hoies: qnto magis ſm ꝙ chriſtiani ſum9. naz
rōne fraternitatis ſpūs eſt vn9 pr̄ de9. vna mr̄
eccl'ia. q fraternitas tāto forti9 ſtringit ad dili
gendū: qnto reuerētior pater deus eſt qꝫ hō. ꝛ
qnto reuerētior mater eccl'ia qꝫ carnal'. ꝛ qnto
heres celeſtꝭ melior qꝫ tpalis. Quarto neceſſi
tas hu9 pcepti pꝫ ex creatura. oēs eñ creatu
re eiuſdē ſpeciei mutuo ſe diligunt. Eccl.xiij.
Omē aial diligit ſilē ſibi. nā lupus ſerpens et
crudeliora alijs aialibꝫ nō ſolēt maliciā infer
re in ea q ſunt ſui generis. ꝛ ſic ab oibꝫ mone/
mur nos mutuo diligere. B Nota quī
qꝫ ſunt diligēda ſm ordinē charitatis. Prio
de9 qui eſt ſup oia diligēdus. de q dicit. diliges
do. de. t. ex toto corde tuo. Aug. Hec totalitaſ
intendit vt oēs mot9 anie ad deuz referant. vt
cor tuū nō ſit inclinatū ad aliqd qd ſit ɔ deuz
Nā cor hꝫ qtuor affect9. ſ. dolorē. ſpem. timo
rē ꝛ gaudiū. ꝛ oia illa debent pmaxime ꝛ ſuper
oia in corde tuo inclinata eſſe ad deū. puerbi.
xxiij. Prebe fili mi cor tuū mihi. nam dilectio
hꝫ ſilitudinē cū corde aliqualē. Primo cor ē
calidū ꝛ ſiccū. ꝛ ſic dei charitas inflāmat ad a/
morē celeſtꝭ glie ꝛ patrie Aug.xiij. ɔfeſ. Quā
to amor pl9 accendit: tanto magꝭ ſpūs ſurſuz
fertur. ps.lxxij. Jnflāmatū eſt cor meū ꝛ renes
mei cōmutati ſunt.i. cogitatiōes a mundo ſe
parate. Ro.xij. Spū feruētes: dn̄o ſeruiētes.
Sꝫ cor eſt pncipiū vite ꝛ oīs mot9. ſic dei di/
lectio. Eph.iij. Jn charitate radicati ꝛ funda
ti. vt poſſitis cōphendere cū oibꝫ ſanctꝭ ꝛc. nā
charitas illa nutrit alias ↄtutes: ſicut mr̄ fili/
as. Jō ad Gal'.v. Fruct9 ſpūs ſunt charitas.
gaudiū pax. Tercio cor eſt indigētis nature.
qꝛ nō pt pati infirmitatē magnā ſic alia mem
bra. ſic dilectio dei nō pt pati vnū pctm̄ mor/
tale. Aug. ſup Joh. omel'. viij. De9 q charitaſ
eſt ꝛ pctm̄ mortale opponunt: niſi vna euulſa
radicit9 fuerit: alia platari non poterit. Patit
aūt charitas veniale: ſic cor aliquā leuē diſtē/
perantiā q nō mortē infert. puerb. xxiiij. Se/
pties in die cadit iuſt9 ꝛc. Quarto cor inferi9
eſt acutū ꝛ ſupi9 latū: ſic dilectio dꝫ eſſe dila/
tata ſurſum. infra acuta ꝛ pua. Grego. Electi
dei tanta latitudine cor in dilectiōe dilatant.
vt audire q mūdi ſunt gue pondus eſtiment.
Scdo tenemur diligere hqd eſt in nob.ſ. ani
mā ppriā ꝛ aiam pximi ſicut ſigillū regis. nā
ſicut imago diligit ppter illū cui9 eſt ſignuz.
ſic crucifixū diligit ppter xpm. nō qꝛ lapis vl
lignū. ſꝫ qꝛ chriſtū repſentat. ꝛ ſic diligere de/
bes aiam tuā ꝛ pximi tui tanqꝫ imagines dei.
Jtē diligere debes aiam tuā ꝛ pximi tui ſicp/
cioſum theſaurū. p q xps oia dedit. Uñ Au/
g9. Sicut de9 oēm creaturā: ſic aia omē corpo
reū nature dignitate pcellit. Jō Bern. Tot9
mūdus reſpectu vni9 aie pciū eſtimari nō pt. nō
eñ p toto mūdo aiam daret quā p hūana aia
dedit. idō eā ita diligē ꝙ nō maculeſ eā pctis.
ps.x. Qui diligit iniqtatē odit aiaz ſuā. Ter
cio diligere tenemur corp9 vt ɔſeruet in eſſe ꝛ
ꝙ poſſim9 deo ſuire. vt in corpe mereamur vi/
tā eternā pmereri. dando ei cibū ꝛ qetē. Sci/

Sic teneto corpus tuū ſicut medic⁹ egrū. ad
Ro. xij. Rōnabile ſit obſequiū vr̄m. Quarto
tenemur diligere ꝓximū q̄ ꝓpe nos eſt. ⁊ prio
debem⁹ diligere vxorē ⁊ pentes. ſcdo amicos ⁊
filios. tercio domeſticos. qrto extraneos. qn/
to inimicos. Sꝫ di. an magis tenet᷑ hō patrē
vl' matrē diligere q̄ꝫ vxorē. Rich. de media vil
la rn̄det. A q̄ hō ampli⁹ dilectionē ⁊ bn̄ficia
recepit ⁊ ꝓcurationē: maiorē dilectionē impē
dere dꝫ. ſꝫ ſic eſt de pentib⁹: ⁊ nō de vxore. Hie
ro. Memēto pentū ſub q̄ꝝ manib⁹ recepiſti
incremētū. ſit tibi grata vita ipoꝝ q̄ſi vita tua
Ecci. vij. Retribue illis quō ⁊ illi tibi. Sꝫ d.
tn̄ dr̄ Gen. i. ꝓpter h̄ relinquet hō prēm ⁊ ma
trē ⁊c. h̄ intelligit᷑ q̄ ad adheſionē habitatōis
nō q̄ ad amorē. Quīto diligere debem⁹ qd̄ in
fra nos eſt. ſ. tpalia ſolū ad ſuſtentationē quo
ad nos: ⁊ elēoſynaꝝ largitionē q̄ ad alioſ. Lu.
xi. Qd̄ ſupeſt date elemoſynā: ⁊ ecce oīa mun
da ſunt vob. Chrīſ. Oīa q̄ deus nobis dat
ꝑ nos alijs dat. Jō Thob. iiij. Panē tuū cū
eſurientib⁹ ⁊ egentib⁹ comede.

De eadē dn̄ica. Sermo. CLIX.

**Diliges domi**
nū deū tuum ex toto corde tuo
Mat. xxij. Mar. xij. ⁊ Luce. x.
Theophilus in breuiloquio diuiſaꝝ
artiū di. in paruo igne vitrū frangit᷑: ⁊ magno
ꝯſolidat᷑. Rō q2 ꝑuus ignis nō eſt tāte v̄tut᷑
vt poſſet ſil' ⁊ ſel' circūquaqꝫ vim ignitiuā in
ducere. Spūalr̄. per ignē intelligit᷑ amor ſiue
dilectio. de q̄ Lu. xij. Ignē veni mittere in ter
rā. ſed ꝑ vitrū intelligit᷑ hō ꝓpter debilitatē na
ture. Cū eñ iſte ignis dilectiōis eſt ꝑu⁹. tunc
vitrū. i. hō frangit᷑ tedio. ⁊ diſtrahit᷑ ⁊ tepeſcit
in ope. ſ. q2 orat ſine deuotiōe. dat elemoſynā ⁊
ieiunat cū attediatiōe ⁊ murmure. Rō q2 ſm
Augu. Talis vnuſq̄ſqꝫ eſt q̄lis ſua dilectio.
Si dilectio ꝑua. ſic ⁊ opa. ſi aūt ignis dilecti
onis eſt magn⁹ ſolidat ⁊ roborat hoīez i bōis
opib⁹. Can̄. viij. Fortis eſt vt mors dilectio.
ſic q2 hō nihil timet aggredi. De q̄ Hierony.
Nihil amātib⁹ durū: nihil difficile. eo q2 cha
ritas oīa ſuffert. i. Coꝛ. xiij. Et q̄ iſta caret hu
ic oīa ſunt g̃uia. ſicut eñ rota non vncta ſo
nū facit ⁊ cantū. ⁊ ſic tales ſunt in murmure ſi
ne charitate. Nā ſm Gre. Charitas opat᷑ ma
gna vbi eſt. ceſſat opari vbi nō eſt. Idcirco cū
ſcriba ſiue legiſdoctoꝛ interrogauit de manda
to magno. rn̄dit ieſus di. Diliges dn̄m deū
tuū. In ſumma euāge. duo innuunt᷑. Pri
mo q̄ſtio legiſdoctoris inuidēter poſtulata. ſe
cūdo rn̄ſio ſaluatoꝛ᷑ ſapienter declarata. Pri
mū ibi. mgr̄ qd̄ eſt mādatū magnū ⁊c. ſcdm
ibi. diliges dn̄m deū ⁊c. De p̄mo dicit. In il/
lo tpe. ſ. feria ſcd̄a poſt palmaꝝ. cū audiſſent
phariſei q2 ieſus impoſuiſſet ſilentiū ſaduceis
q̄ negabāt reſurrectionē. acceſſerunt ad ieſum
phariſei. Chrīſ. vt multitudine vincerēt quē
rōne ſupare nō poterāt: ⁊ interrogauit eū vn⁹
ex eis. licꝫ eſſent multi tn̄ ordinauerūt vnum
doloſe. Chrīſ. Vn⁹ loquit᷑ ꝑ oīb⁹. ⁊ omēs lo/
quunt᷑ ꝑ vnū. vt ſi ꝯfuſus eēt ſolus videretur
ꝯfundi. ſi aūt vinceret oēs viderent᷑ ꝑ eū viciſ
ſe. Et h̄ fuit legiſdoctoꝛ temptans eū. q2 puta
bat ſe ſapientē. cogitabat velle ſeducere eternā
veritatē. interrogās. mgr̄ qd̄ eſt mādatū ma
gnū in lege. nō erat eis dubiū q2 tria mādata
in p̄ma tabula fuerūt maīa. ⁊ putabant xp̄m
vnū de his rn̄dere. ⁊ deind̄ volebāt eū trāſgreſ
ſorē vniuſcuiuſqꝫ ꝓbare. ſꝫ nō eſt ſapia. non ē
prudētia. nō eſt ꝯſiliū ꝯtra dn̄m. Prouer. xxi
Quia ſciebat q̄d eſſet in hoīe. Johā. ij. Idcir
co rn̄dit ꝓducens radicē ꝓceptoꝝ. ſ. dilectōez
dicens. diliges dn̄m deū tuū. D Hec eſt
ſcd̄a ꝑs in qua vt dixi innuit᷑ ſaluatoris rn̄ſio
ſapiēter declarata dicēs. diliges dn̄m ⁊c. ſcꝫ q̄
pro te ſeruus fact⁹ eſt. ad Phil. ij. Exinaniuit
ſemetipm̄ ⁊c. dicit deū. qui ꝑ te incarnatus eſt.
tuū. q2 pro te in cruce ſuſpenſus eſt. ⁊ dedit ti/
bi corpus ſuū in edulium. ⁊ ſanguinē in abluti
onē criminū. Apocal'. i. Lauit nos a pctīs no
ſtris in ſanguine ſuo. ⁊ notāter dicit diliges.
⁊ nō cognoſces. q2 noticia dei et cognitio alta
ꝑ ſe nō ſaluat. Jaco. iiij. Scienti igit᷑ bonum
facere ⁊ nō facienti pctm̄ eſt illi. Jō Iſido. li.
ij. de ſum bo. c. i. Meli⁹ eſt ſtudiū beneviuen
di q̄ꝫ multa ſciendi. ē dicit diliges nō cogno/
ſces. Nā diligere deū religioſi cordis eſt. Can
ti. i. Recti diligūt te. ſꝫ qui recti nō ſunt deum
nō diligūt. De q̄ habet᷑ in cano. xxiij. q. iiij. ca.
h̄ aūt. §. ex his. Omis iniqu⁹ bonoꝝ ē inimi/
cus. ſeqtur. cū ſit inimic⁹ iuſticie amatorē iu/
ſticie ⁊ bonitat᷑ qui eſt de⁹ diligere nō pt. Itez
nō dicit time deū ſꝫ dilige. q2 diligere magiſ ē
q̄ꝫ timere. Aug. Timere ſuoꝝ eſt: diligere fili
orū. timere ſub neceſſitate. diligere in libertate
Chrīſ. Qui in timore deo ſeruit penā euadet
mercedē iuſticie nō habebit. Sūt nāqꝫ duo
q̄ nos in futuro expectāt. ſ. vita ⁊ pena. nam ꝑ
opus bonū ad vitā. ſꝫ ꝑ op⁹ malū ad penaꝫ ꝑ
uenit᷑. Idcirco ꝑ timorē hō bn̄ declinat a ma
lo: ſꝫ ꝑ amorē anhelat ad vitā. Idcirco dicit:
diliges. Notāter di. diliges in futuro. non in

pſenti. nã ſm Bern. h̃ mãdatũ in pñti vita nõ
põt adimpleri. q2 pdicta v̾ba. ſ. diliges d. d. t.
ꝛc. idẽ ſignificãt ac ſi dicat. diliges d. d. t. ex oĩ
cogitatione. ex omĩ volũtate et omĩ mẽoria.
cordis eniʒ eſt cogitare. ꝛ iõ ex toto corde. i. ex
omĩ cogitatiõe. Silr anie eſt velle. ꝛ iõ ex to/
ta aĩa. i. ex tota volũtate ſiue mẽoria. Sʒ q̃s
eſt q̃ hec tria ſemp pficiat q̃ ex toto corde ſem/
per cogitet. q̃ volũtatẽ ſuã diuĩe volũtati ſemp
ↄformet. ꝛ q̃ deũ ſemp mẽoriter teneat. Reue/
ra nullus ad h̃ ſufficit in hac vita. vbi vl' cor/
poris neceſſitas. vl' cordis vanitas. vl' mẽtꝫ in
ſtabilitas etiã maximis ſanctꝫ aliq̃d ſurripit.
Hinc Bern. Ego ſane puto nõ an̄ pfecte im
pletũ vt diligas dñm deũ tuum ex toto corde
tuo: q̃uſq3 iã cor nõ cogat̃ cogitare de corpe et
aĩa eidẽ in h̃ ſtatu viuificãdo ꝛ ſenſificando
intendere deſinat. ꝛ v̾tus eideʒ releuata mole
ſtijs in dei potẽtia roboret̃. impoſſibile nãq3 ẽ
cor h̃ ex toto ad deũ colligere et diuio infigere
vultui q̃zdiu huic fragili ꝛ erũnoſo corpi ne/
ceſſe eſt ſuire. itaq3 in corpe ſpũali ꝛ imortali ĩ
corpe integro placidoq3. ꝛ p oĩa ſubiecto ſpũi
ſperet ſe aĩa h̃ preceptũ poſſe implere. qd reue/
ra ſolũ ↄtinget poſt generalẽ reſurrectionẽ.
E Sed d. ſic hec difficultas cõſtituit nos
oẽs hui9 pcepti tranſgreſſores. Rñdit Bern.
q̃ nõ. nã qd min9 hʒ impfectio ↄſũatiõis nr̃e
ſuppleat hũilitas ↄfeſſiõis. poti9 enĩ vult de9
a nob humilẽ defectionẽ q̃z ſupbã cõpletionẽ.
ꝓpterea mãdata ſua mandauit cuſtodire ni/
mis. vt vidẽres impfectionẽ nr̃ãm in implen
do iſtud mãdatũ: ꝛ nõ poſſe implere qd dete
mus fugiam9 ad miſicordiã ei9: dicẽtes illud
pſ. lxij. Qm̃ melior eſt miſicordia tua ſup vi
tas. Uel aliter videre poſſum9. q̃ hui9 pcepti
incõpletio nõ ↄſtituit trãſgreſſores ſʒ ↄtẽpt9.
licet enĩ impoſſibile ſit dictũ pceptũ in hac vi
ta poſſe attingere. tranſgreſſionẽ tñ euadim9
ſi infimũ gradũ charitatis attigim9. Eſt autẽ
infim9 gradus charitatꝫ diuie vt nihil ſupra
deũ aut eq̃liter deo diligat̃. a q̃ gradu q̃ deficit
a ſalute deficit. Un̄ ſicut null9 in hac vita p/
dictũ mandatũ poterit adimplere. ſic etiã nul
lus infra hũc infimũ gradũ poterit remanere
in q̃ ſi morte p̄occupati fuerim9: cum conatu
ampli9 pficiendi in refrigerio erim9. dicemuſ
q3 deo. noli me ↄdẽnare. fecimus enĩ qd potui
mus. ꝛ ſi nõ qd debuim9 fecimus. impletio er
go hui9 mãdati nõ ẽ de neceſſitate ſalutꝫ. alr̃ oĩs
hõ eſſet in ſtatu dãnatiõis. ſʒ conat9 ad pfici
endũ qd mãdat̃ de neceſſitate ſalutꝫ eſt. iõ dic̃ in
futuro. diliges dñm deũ tuũ. Cetera hui9 ſer/
monis habita ſunt ſermone. clvij. p totum
Et nota q̃ aliq̃ exẽplaria hñt in h̃ loco ad/
huc vnũ ſermonẽ de eadẽ dñica. xviij. q̃ in oĩ/
bus ↄcordat cũ ſermone. clvij. ideo huic ope/
ri nõ eſt inſert9. q2 ſupfluus.

Dñica decimanona.
Sermo. CLX.

# Onfide fili re

c mittunt̃ tibi pc̃ta tua. Mat. ix.
ꝛ legit̃ hodierna die p euãgelica
li officio. F In ſumma euãgelij duo in/
nuuntur. Primo ꝓponit opationẽ nr̃e ſalu/
tis. Scd̃o ſubiũgit manifeſtationẽ diuĩe v̾tu
tis. ibi. vt q̃d cogitatis mala. De pmo dicit.
In illo tp̃e. ſ. poſt eiectionẽ demonũ de obſeſſiſ
in regione geraſenorũ. tũc aſcendit in nauicu/
lam ꝛ venit in ciuitatẽ ſuã. ſ. capharnaũ. quã
nõ naſcendo ſʒ miracul' illuſtrãdo fecit ſuã.
ibi offerebãt ei paraliticũ iacentem in lecto. vi
dens fidẽ illoꝝ mittẽtiũ ſiue offerẽtium: dixit
paralitico ieſus. Cõfide fili remittunt̃ tibi pec
cata tua. Pro q̃ ſciendũ ↄfidẽtia eſt quadru/
plex. Pria eſt praua ꝛ malicioſa. ſ. cũ quis pec
cat ꝓpter h̃. q2 ↄfidit de dei miſicordia. negãs
q̃ſi dei iuſticiã. in eo q̃ dñs nõ punit eis ſtatim
pctõrem oñdit ei ſuã miãm ꝓpter quã debuit
ipm honorare. ſʒ vult cũ pc̃tis ſuis dehoneſta
re. de q̃bo Eccs. viij. Quia nõ pfert̃ cito ↄ ma
los ſnĩa abſq3 vllo timore filij hoim ꝓpetrant
mala. nõ ↄſiderãtes illud Aug. Nullũ malũ
impunitũ. Un̄ talibꝫ ↄſulit̃ Ecci. v. Fili de p/
piciato pc̃to noli eſſe ſine metu. neq3 adijcias
pctm̃ ſuper pc̃to: ꝛ ne dicas miſeratio dñi ma
gna eſt. multitudinis pctõꝝ meoꝝ miſerebit̃.
miſericordia enĩ ꝛ ira ab illo cito pximãt: ꝛ in
pctõres reſpicit ira illi9. ac ſi diceret. licʒ ẽ mi/
ſericors ꝓpter qd mali peccãt. attñ nõ derelin/
quit ſuã iuſticiã p quã pctõres puniat. q2 dic̃
Aug9. Nunq3 ſtat dedec9 culpe ſine decore iu
ſticie. Nã eſto q̃ ↄſeq̃ris miſicordiã quã tibi
polliceris p maledictã fiduciã. nõ tñ impune
abibis: eo q̃ ſcribit̃ Job. xxiiij. De' inultũ ab/
ire nõ patit̃. ꝛ Eccs. xij. Cuncta q̃ fiunt addu
cet dñs ad iudiciũ p omĩ errato: ſiue bonũ ſi/
ue malũ ſit. De quo Job. xx. Lu. q̃ fecit om/
nia: nec tñ ↄſumetur. iuxta multitudinẽ adin
uentionũ ſuarũ ſic ſuſtinebit. ſ. in purgatorio
ſi nõ hic puniet̃. Deutero. xxv. Pro menſura
peccati erit ꝛ plagaruʒ modus. ꝛ Apoc. xviij.
Quantũ glorificauit ſe ꝛ in delicijs fuit: tãtuʒ
date illi tormentũ ꝛ luctũ. Et hec fiducia dic

tur merito malicioſa. qꝛ dicit Bern. Eſt infi-
delis fiducia ſolius maledictiõis capax cum
peccam⁹ in ſpe venie. talis em̄ fiducia veri⁹ cõ
temptus iudicat̃. ad Ro. ij. An diuitias boni
tatis dei ꝛ patientie ꝛ longanimitatis ꝯtēnis.
Ignoꝛas quoniā benignitas dei ad pn̄iam te
adducit. ſm̄ autē duriciā tuā ꝛ impenitēs coꝛ
theſauriſas tibi iram in die ire ꝛ reuelationis
iuſti iudicij dei: q̄ reddet vnicuiqꝫ ſm̄ opa ei⁹.
H Scd̄a fiducia eſt fatua ꝛ p̄ſumptuo
ſa. vt cū homo ſperat ſe facturū qd̄ in ſoli⁹ dei
poteſtate eſt poſitū. ꝛ cū ſperat ſe facturū qd̄ vi
res ſuas excedit. ꝛ qd̄ p ſe ꝛ ex ſe adimplere nõ
potest. ſicut cū quis peccat latius. ꝛ p̄ſumit ſe
ſtatuto tempe ꝯuerſurū. De qua fiducia dici
tur Ecci. xxix. Repꝛomiſſio nequiſſima mul-
tos pdidit. fatuū em̄ eſt ꝯfidere de finali peni
tentia. cū ſcribit̃ Eccs. ix. Neſcit homo finem
ſuū. ꝛ Aug⁹. Maxima inſania eſt hoīez erū-
noſam vitā ducentē in ſeipo mutabili carni et
ſpiritui ꝯfidere. in qua ꝯfidentia fatua pauci
ſaluant̃. de quo pſ. xv. Nõ ꝯgregabo ꝯuēticu
la coꝝ de ſanguinibꝰ. qd̄ exponens Bern. di.
de ſanguibꝰ. i. q̄ in pctīs pdurant nõ magnas
multitudines taliū ꝯgregabo. nec ingētes acer
uos colligā in regno meo. qꝛ in omī ſcriptura
canonica vnū tm̄ inuenies extrema illa peni-
tentia ſaluatū in hoꝛa dn̄ice paſſionis. O q̄z
fatuū eſt ꝛ p̄ſumptuoſum in extrema neceſſi-
tate ſub vni⁹ hoꝛe momēto om̄ia ad mētē re
uocare ꝛ in ꝯfeſſione exp̄mere. Jō Aug⁹. in li.
de pn̄ia. ꝛ habet̃ in cañ. d̄ pe. di. vij. null⁹. Nul
lus expectet q̄uſqꝫ peccare nõ pt. nā nõ neceſſi
tas ſꝫ arbitrij libertas reſpicit̃ a deo grā ſua co
operante. iuxta illud Aug. de ſpū ꝛ lrā: Juſti-
ficat̃ hõ nõ p liberā volūtatē: ſꝫ p chꝛiſti grāz.
nõ q̄ ſine volūtate ꝛ arbitrio nr̄o fiat. ſꝫ nõ eſt
ex libero arbitrio cauſante ſꝫ tm̄ ꝯſentiente. iō
Aug. Liberant̃ hoīes a malo ſola grā ꝛ pdu-
cuntur ad bonū. O q̄t ſunt tales p̄ſumptuoſi
De q̄bꝰ Eccs. viij. Sūt impij q̄ ita ſecuri ſūt
q̄ſi iuſtoꝝ facta habeant. de bono fine ſperātes
ꝛ malā vitā ducētes. cū tn̄ ſit in dubio. vt ſcri
bitur Joelis. ij. Quis ſcit ſi cõuertat̃ et igno-
ſcat de⁹. Idcirco talis p̄ſumptuoſa fiducia nõ
eſt habenda. eo q̄ dicit Grego. Timendū eſt
ne dū q̄s expectat miſericoꝛdiā inueniat iudi-
ciū ꝛ iuſticiā. H Tercia fiducia eſt vana
ꝛ defectuoſa. vt q̄ in trāſitoꝛijs mūdi ꝯfidunt
vt aliq̄ in ſapientia. De quibꝰ Aug⁹. in ſolilo
quio. Audiuimus ꝛ vidim⁹ multos ſua ſapi
entia celos aſcendiſſe. ꝛ animas in abyſſos periſ
ſe. ſicut phi q̄ ſciuerūt curſum planetaꝝ. natu

ras creaturaꝝ. de q̄ꝝ numero fuit Ariſto. de q̄
dicit Aug. ſup illud pſ̄. cxl. Abſoꝛpti ſūt iun
cti petre iudices coꝝ. vbi inquit. Ariſtoteles
oīm phoꝝ phs ſedet in inferno vbi eſt ſtridoꝛ
dentiū ꝛ flet⁹ oculoꝝ. Jō tales ſapiētes mun-
di hoꝛtat̃ chꝛiſt⁹ Lu. xi. Uide ne lumē quod
in te eſt tenebꝛe ſint. nā m̄ltociēs lumē ſapien-
tie hui⁹ mundi pducit ad tenebꝛas inferni. vt
achitofel. ij. Reg. xvij. Jō hoꝛtat̃ etiā nos do
min⁹ Hiere. ix. Hec dicit dn̄s. Nõ gloꝛietur
ſapiens in ſapiā ſua. Rõem dicit apl̄s. i. Co-
rinth. iij. Sapiā hui⁹ mōdi ſtulticia eſt apud
deū. q̄ vana eſt fiducia ipi⁹ ꝯfidentis in ſua ſa
piētia. Itē aliq̄ ꝯfidūt in ſua potētia ꝛ oppri-
mūt paupes: dicētes illud Sap. ij. Opp̄ma
m⁹ paupez iuſtū ꝛ nõ pcam⁹ viduę ꝛc̄. ſequitur.
ſit foꝛtitudo nr̄a lex iniuſticie. Circūueniam⁹
iuſtū: q̄m inutil' eſt nobꝰ ꝛ ꝯtrari⁹ eſt opibꝰ no
ſtris. Talis fuit pilat⁹ Joh. xix. dicēs. neſcis
qꝛ ptātem habeo crucifigere te: ꝛ ptātez habeo
dimittere te. de talibꝰ Amos. vi. Ue vobꝰ qui
opulenti eſtis in ſyon. ꝛ ꝯfidit̃ in mõte ſama-
rie. i. in alta potētia. cū ſcribit̃ Ecci. x. Omnis
potentat⁹ breuis vita. vt pꝫ de Alexandro. q̄
paradiſum intrare voluit. ꝛ q̄d factū eſt. dat⁹
eſt ei lapis q̄ anteq̄ꝫ fuit coopertus terra pon-
derabat vltra omne pondus auri ꝛ argēti. co-
opertus vero terra fuit leuioꝛ pluma. ꝛ ſic eſt
potentia terrenoꝝ. Iſa. xxxv. Confidis ſuper
baculū arundineū ꝯfractum. Itē aliqui con-
fidūt in diuitiarū copia: cõtra quos ſcribitur
Prouerb. xi. Qui cõfidit in diuitijs ſuis coꝛ
ruet. fatuus mercatoꝛ eſt q̄ ꝯfidit in mercimo
nijs in via ꝯſtitutis dum nõ ſunt i domo. de
quibꝰ Baruch. iij. Ubi ſunt q̄ argentum the
ſauriſant ꝛ aurū in quo ꝯfidunt hoīes. ꝛ non
eſt finis acquiſitiõis eoꝝ. ꝛ ſubdit. extermi-
nati ſunt: ꝛ ad inferos deſcenderūt. ſꝫ nudi et
inopes. ꝛ alij loco eoꝝ exurrexerūt. Job. xxvij
Diues dum doꝛmierit nihil ſecū afferet. Id-
circo talis fiducia merito eſt vana ꝛ defectuo-
ſa. qꝛ ſcribitur Eccs. i. Uidi cūcta q̄ fiunt ſub
ſole. ꝛ ecce vniuerſa vanitas ꝛ afflictio ſpirit⁹.
ꝛ ſi vniuerſa quid tunc ꝯſequimur. ſubdit ibi
dem ca. ij. Quid prodeſt homini de vniuerſo
laboꝛe ſuo ꝛ afflictione ſpirit⁹ qua ſub ſole cru
ciatus eſt. Rn̄det. Cuncti dies eius laboꝛibꝰ
ꝛ erūnis pleni ſunt. nā om̄es diuitię potentię
ꝛ ſapientię huius mundi tele aranearū com-
parant̃. De quibꝰ Iſa. lix. Non eſt q̄ inuocet
iuſticiā. neqꝫ eſt q̄ iudicet vere ſed ꝯfidunt in
nihilo ꝛ telas aranee texuerunt. ꝛ tele eoꝝ non
erunt in veſtimentū. nec opient̃ opibus ſuis.

opa eoꝝ opa inutilia. ꝛ opus iniq̃tatis in ma
nibꝫ eoꝝ. J Quarta fiducia eſt falſa ꝛ
mendacioſa: cũ quis ſperat qd̕ futurũ non eſt
ſcꝫ longã vitã quã q̃s ſibi blandit̕ dicẽs. Ad/
huc iuuenis es. longe tpe habes viuere. vtere
bonis ꝛ iocũdis in tpe iuuẽtutis. De q̃bꝫ Sa
pi. ij. Nõ pterẽat nos flos tpis. coronem⁹ nos
roſis anteq̃ꝫ marceſcãt. nullũ pratũ ſit qd̕ non
ptrãſeat luxuria nr̃a. nemo noſtrũ exors ſit lu
xurie noſtre. vbiq̃ꝫ relinquam⁹ ſigna leticie. q̃
ſi diceret. ꝛ in ſenectute ↄuertamur. talibꝫ di/
cit dñs Hiere. vij. Nolite ↄfidere in v̓bis mẽ
dacij. ꝛ ſequit̕ Ecce vos ↄfiditis vob̃ in ſmo/
nibꝫ mendacij q̃ nõ ꝑderint vobis. nã qui cõ
fidunt ſe diu viuere ꝛ in hac fiducia licentius
peccant: ſpem ſuã ponere dicunt̕ in mẽdacio.
qꝛ inter mille hoĩes vn⁹ nõ tam diu viuit q̃ꝫ
diu ſe viuere poſſe ſperat. de hac fiducia dicit̕
Sap. v. Spes impij q̃ſi lanugo eſt q̃ a ven/
to tollit̕. ꝛ tanq̃ꝫ ſpuma gracilis q̃ a ꝓcella diſ
pergitur. ꝛ tanq̃ꝫ fum⁹ q̃ a vento diffuſus eſt.
ꝛ tanq̃ꝫ mẽoria hoſpitis vni⁹ diei pretereũtis.
ſicut em̃ illa q̃ttuor ſunt vana ꝛ inutilia ꝛ va/
niora eſſe nõ poſſunt. ꝛ velociter euaneſcũt. ſic
illa fiducia de longa vita. Jſa. xxx. Dũ nõ ſpe
ratur veniet ↄtritio ei⁹. ꝛ. i. Theſ. v. Cũ dixe/
rint pax ꝛ ſecuritas: tũc repentin⁹ eis ſupueni
et interitus. ꝓpter qd̕ hortat̕ nos Auguſ. di.
Nemo de corde ſuo p̃ſumat. nemo de ſuis vi/
ribꝫ ↄfidat. qꝛ nemo ſecur⁹ in hac vita. que to
ta temptatio nomĩatur. Nã homo in hac vi/
ta eſt ſicut in domo aliena. Jõ Bern. Nõ eſt
ↄfidentie ſed pfidie in ſeipſo ↄfidere. qualẽ cõ
fidentiã habuit diues ille cui⁹ ager fruct⁹ vbe
res attulit. et dixit anĩe ſue. Anĩa mea habes
multa bona repoſita ꝛc̃. dictũ eſt ei. ſtulte hac
nocte repetent animã tuã a te. que aũt̕ ꝑ para/
ſti cui⁹ erunt. Et ſic ↄtinget oĩbꝫ qui fiduci
am ſuã in his mẽdacijs ponũt. De q̃bus Au
guſ. O inſenſati filij hoĩm q̃diu dicitis cras
cras: coruina voce deũ recipe cupiẽtes. quare
nõ modo. ꝛ quare nõ ſtatim. an neſcitis ꝛ non
intelligitis: qꝛ cras nihil eſtis: vl̕ cras minus
q̃ꝫ hodie poteſtis. iuxta illud Greg. Qui ho/
die apt⁹ nõ eſt. cras minus aptus erit. nã qui
veniã ſpopondit penitẽti. peccanti diem craſti
nũ nõ pmiſit. Jdeo Prouerb. xij. Qui confi
dit in cogitationibꝫ ſuis impie agit. Has q̃t
tuor fiducias immittit angelus ſathane cordi/
bus ſtultorũ. cui⁹ immiſſioni ↄſentire non de
bemus ſꝫ diuine inſpirationi. ꝓuerb. iij. Habe fi
duciã in dño ex toto corde tuo: ꝛ ne innitaris
prudẽtie tue. Rõ Jſa. lvij. Qui hꝫ fiduciam

mei hereditabit terrã. K Quinta fiducia
eſt ſancta ꝛ v̓tuoſa. cũ hõ oẽs potes abijcit ꝛ
ↄtemnit. ꝛ in ſolo deo fiduciã ponit. de q̃ dr̃ in
pſ. ij. Beati oẽs q̃ ↄfidũt in dño. Rõ: qꝛ ſpe/
rãtes in eũ ſua fiducia nõ fraudant̕. de q̃bꝫ pſ
xxxvi. Spera i eo ꝛ ipſe faciet ꝛc̃. Eccl. ij. Reſpi
cite filij natiões hoim. ꝛ ſcitote qꝛ null⁹ ſpera
uit in dño ꝛ ↄfuſus ẽ. Quis em̃ pmãſit i mã/
datꝭ ei⁹ ꝛ derelict⁹ ẽ. Hinc Job. iiij. Recorda
re obſecro te q̃s vnq̃ꝫ innocẽs perijt aut q̃n re
cti deleti ſunt. nã q̃nto fiducia talis in deũ eſt
fortior ꝛ audacior: tãto ſecuri⁹ ꝛ abũdãti⁹ q̃s
impetrabit qd̕ ſperat. de q̃ Bern. Tãta ẽ abun
dantia pietatꝭ vt q̃ntũ ſinũ fiducie expandere
poſſum⁹ tãtũ accepturi erim⁹. Jõ Hiere. xvij.
Bñdictus vir q̃ ↄfidit in dño: ꝛ erit dñs fidu
cia ei⁹. Pro quo ſciẽdum ↄfidere debemus in
deo de q̃ttuor. Prĩo de tpali ꝓuiſione. ſcdo de
pctõꝝ remiſſiõe. tercio de tẽptationũ ereptiõe.
q̃rto de bonoꝝ remũeratiõe. Dixi pmo hr̃e de
bem⁹ fiduciã in deo de tpali ſuſtẽtatiõe. de qua
pſ. liiij. Jacta cogitatũ tuũ i dño ꝛ ipſe te enu
triet. ꝛ Hiere. xvij. Qui ↄfidit in dño erit tan
q̃ꝫ lignũ qd̕ trãſplantat̕ ſup aq̃s qd̕ ad hũorẽ
mittit radices ſuas: ꝛ nõ timebit cũ venerit e/
ſtus. Sicut ei ex aq̃s lignũ trahit hũorẽ. ſic
de⁹ adminiſtrat victũ ꝛ amictũ vniũſis. Jõ ſcri
bit. i. Pe. v. Omnẽ ſollicitudinẽ v̓ram p̃icie
tes in eũ: nã ipi cura eſt de vob̃. Jpe eſt q̃ dicit
Mat. vi. Nolite ſolliciti eſſe ꝛc̃. ſeq̃tur. ↄſide
rate lilia agri ꝛc̃. Jſtã fiduciã ꝓuidẽtie debẽ
cape ex tribꝫ. Prĩo ex paterna ↄditiõe. ad pa
trẽ em̃ ptinet ꝓuidere filijs ſuis ſic dixit diſci
pul̕ ſuis Mat. vi. Scit em̃ pr̃ v̓r qꝛ his oĩbꝫ
indigetis. ꝛ Lu. xi. Si g̃ vos cũ ſitis mali no
ſtis bona data dare filijs v̓ris: q̃nto magis pa
ter v̓r ꝛc̃. ꝛ pſ. cij. Q̃uo miſerebit̕ pater filioꝝ.
miſert⁹ eſt dñs timẽtibꝫ ſe. Scdo fiduciã ꝓ
uidentie debem⁹ recipe ex priori euentione. qꝛ
de⁹ pus ſuſtẽtauit in ſe ↄfidẽtes. vt helyam. iij
Regũ. xvij. quẽ pauit p coruũ q̃ attulit ei pa/
nes ꝛ carnes circa torrentẽ Carith. ꝛ torrente
exiccato ſuſtentauit eũ dñs p mulierem in ſa
repta ſydonioꝝ dicens. Precepi em̃ mulieri
vidue vt paſcat te. vbi ydria farine nõ defecit.
nec lechitus olei. ſic ſimiliter pauit filios iſra/
el. Exodi. xvi. deficiente farina de egypto dedit
eis mãna de celo. de q̃ Sap. xvi. Angloꝝ eſca
nutriuiſti populũ tuum. Tercio fiduciã ꝓui
dentie debemus recipe ex liberalitat̕ diſpenſa/
tione. qꝛ nõ ſolũ rõnabilibus ſꝫ etiã irrationa
bilibus animalibus prouidet. Mat. vi. Re
ſpicite volatilia celi quomõ non ſerunt neqꝫ

meruͣt neqȝ ↄgregāt in horrea: ſȝ pr̄ vr̄ celeſtis paſcit illa. nōne vos mag᷑ pluris eſtꝪ ill᷑. Jſta fiducia tollit diffidentiā ſupflue puiſionis ꝛ ſollicitudinis. cū dr̄ p pſ. cxliiij. Aꝑis tu manū tuā ꝛc. ꝛ pſ. cxxxv. Qui dat eſcaȝ oī carni. Jpe em̄ eſt de q̄. i. Re. ij. Dn̄s pauꝑem facit et ditat. Jō puer. xi. Qui ↄfidit in diuitijs ſuis corruet. ſ. in defectū pauꝑtatis ex dīna ꝑmiſſione. ꝛ ſm̄ Amb. Dedec᷒ eſt homini curare de cibo q̄ militat dī regno. ꝛ Raban᷒. Nimia ſollicitudo cupiditatꝪ facit vt careamus neceſſarijs. L Scd̄o debem᷒ ↄfidere in dn̄o fiducia venie de pctōꝝ remiſſiōe. de q̄ ſubdit in textu. Confide fili remittunꝪ tibi peccata tua. Jſtā fiduciā debem᷒ recipe ex trib᷒. Primo ex dn̄i incarnatiōe. q2 dicit Augu. de vbis dn̄i. Qui fecit hoīem fact᷒ eſt hō ne ꝑiret qd̄ fecit. nā ꝓpter pctōres incarnat᷒ eſt. de q̄. i. Thim̄. i. Chriſt᷒ venit in hūc mūdū pctōres ſaluos facere. ꝛ Mat. ix. Nō veni vocare iuſtos ſed pctōres. Et h̄ dȝ nobis eē magna cā fiducie venie. q2 ſm̄ Aug. Si hoīes ꝑire voluiſſet de celis ad terrā nō deſcēdiſſꝫ. ꝛ Lu. ix. Fili᷒ hoīs nō venit aīas ꝑdere ſȝ ſaluare. Scd̄o iſtā fiduciā venie debem᷒ recipe ex innata miſeratione. de q̄ Grego. De᷒ cui᷒ ꝓpriū eſt miſereri ſemꝑ ꝛ ꝑcere. de q̄ dicit Mat. ix. Miſericordiā volo ꝛ nō ſacrificiū. nā ſm̄ Aug. promoꝛ eſt ad miſerandū ꝛ ad dādū q̄ȝ nos ad recipiēdū. Tercio fiduciā venie debem᷒ recipe ex patienti expectatiōe. de q̄ Jſa. xxx. Propterea expectat dn̄s vt miſereat̄ vr̄i. Jō hortatꝪ nos apoſtol᷒ Heb. iiij. Adeam᷒ cū fiducia ad thronū grãcie. Hāc fiduciā nō hn̄t deſperātes vt chaym Gen̄. iiij. Maior eſt iniq̄tas mea q̄ȝ vt veniā merear. de q̄ Bern. Mentiris chaym. maior eſt dei miſericordiā q̄ȝ quevis nr̄a miſeria. Jō tales ſunt maledicti Ecci. ij. Ve diſſolutꝪ corde q̄ nō credūt deo. iō nō ꝓtegentur ab eo. Nā dī. Aug. ſup Joh. Solū deſperatiōis crimen mederi nō pōt. ꝛ Amb. Non pōt agere pn̄iam q̄ nō ſperat indulgentiā. Quapropter hortatꝪ nos Bern. dī. Corrige tepm̄ ꝛ ſpera indulgentiā. nulla eſt culpa q̄ nō hȝ veniaȝ.

M Tercio debem᷒ hr̄e in deo fiduciā de tēptationū ereptiōe. de q̄ pſ. xc. Jn me ſperauit liberabo eū ꝛc. Et iteꝝ ibidē. Clamauit ad me ꝛ ego exaudiā eū: cū ipo ꝛc. Hanc fiduciaȝ debem᷒ cape ex trib᷒. Prio ex hoſtiū depreſſiōe. Joh. xvi. Cōfidite q̄m̄ ego vici mūdū. ꝛ nō ſolū mundū vicit: ſȝ etiā diabolū Joh. xij. Nūc ꝑnceps hui᷒ mūdi eÿcietꝪ foraſ. ita q̄ dic Hiero. Debilis ē hoſtis: nō pt̄ vincere niſi volētē.

Scd̄o ex adiutorij diuini ꝑmiſſiōe. de q̄ Hebre. xiij. Jpe dixit. nō te deſerā neqȝ derelinquā nā celū ꝛ terra traſibūt: vba eius nō traſibūt. Lu. xxi. Jō ↄfidēter cū pſ. cxvij. dicam᷒. dn̄s mihi adiutor. non timebo q̄d faciat mihi hō. Tercio illā fiduciā debem᷒ recipe ex diuine bonitatis diſpoſitiōe. Nam tāta ē dei bonitas q̄ menſurat pondus tribulatiōis ſm̄ vires vniuſcuiuſqȝ hoīs. de q̄. i. Cor. xv. Fidel᷒ de᷒ qui nō patietꝪ vos temptari ſupra id qd̄ poteſtis. ſȝ faciet etiā cū temptatiōe ꝓuentū vt poſſitis ſuſtinere. N Quarto debem᷒ ↄfidere ī domino in fiducia glīe de oīm bonoꝝ remuneratione. de q̄ Heb. x. Nolite amittere ↄfidentiā veſtrā q̄ magnā hȝ remuneratiōnē. de q̄ Sapi. iij. Qui ↄfidūt in illo intelligēt veritatem. ſcȝ illā. de q̄ Joh. xiiij. Ego ſum via vitas ꝛ vita. via in exilio. vitas in ꝑmiſſo. vita in pmio Hanc fiduciā glīe debem᷒ recipe ex trib᷒. Primo ex ↄuentiōe. nā ↄuenit nos ꝑ denario diurno ꝛc. Mat. xx. Cōuentione facta ex denario diurno ꝛc. Quia dr̄ Sap. iij. Bonoꝝ laboꝝ glīoſus eſt fruct᷒. Scd̄o ex ꝓphetica ꝑmiſſiōe. de q̄ pſ. lxxxiij. Gratiā ꝛ glīam dabit dn̄s. ꝛ Jſa. lxiiij. Oculus nō vidit ꝛc. expectātib᷒. Tercio fiduciā glorie debemus recipe ex chriſti paſſiōe. de q̄ Heb. x. Habem᷒ fiduciā in introitu ſctōꝝ in ſanguie chriſti. Dicit nanqȝ Grego. Premiū vtutis erit ipe q̄ dedit vtutem. Jdcirco nō in noſtrꝪ meritis ſȝ in meritꝪ paſſiōis ieſu chriſti debem᷒ ↄfidere vt poſſim᷒ ſaluari. De q̄ Bern. ſup Cāti. Dn̄e ſcio me nequaqȝ poſſe peruenire ad te niſi adiutus a te.

O Nota vt noſtra ↄfidētia in deū habita nō fruſtretꝪ. ad h̄ reqrunꝪ ſeptē. Prio requiritur vt habeam᷒ puritatē ↄſcie. nā citatꝰ ad iudiciū nō vadit cū fiducia ſi ſentit ſe iniuſtū: ſed ſi iuſtum ſe ſentit vadit ſecurus. i. Joh. iij Si coꝛ noſtrū nō rephenderit nos fiduciam habem᷒ ad deū. de q̄ Sene. Nihil ita timidū facit animū ſicut rephenſibilis ↄſcīa. ſȝ ↄſcientia pura cauſat ſecuritatē. Sap. xvij. Cuȝ ſit em̄ timida nequicia data eſt in omniū ↄdemnationē. Scd̄o aſperitatē penitētie. ſi em̄ laborantes ocioſe ſtetiſſent in vineā miſſi: nō ſecure poſtularent preciū. Matth. xx. Voca operarios ꝛc. nā opātib᷒ datur premiū. ij. Theſ. iij. Si q̄s nō vult operari nec manducet. pſ. cxxvij. Labores ma. tu. ꝛc. Mgr̄ in. iij. dī. xxvi. ca. i. dī. Spes eſt certa expectatio future beatitudinis ꝓueniēs ex dei gra ꝛ meritꝪ pcedētib᷒. nā ſine meritꝪ ſpare nō eſt ſpes ſȝ preſumptio. Jō pſ. xxxvi. Spera in dn̄o ꝛ fac bonū,

Grego. Dũ opus pficit̃ p̃mij. fiducia creſcit.
Tercio vt fiducia nr̃a nõ ſit fruſtra hr̃e debe/
mus pietatẽ elemoſyne. nã aduenĩẽte dño dũ
nõ inuenit hoſpitiũ apud te. q̃d faciet cuȝ ve
neris ad euȝ. dicit em̃ Chriſ. ſup Mat. q̃d a
deo recipies cũ deo nihil dediſti. ſed dicet tibi.
Eſuriui ꝛ nõ dediſti mihi mã. hoſpes eram et
nõ colle. me. Ite maledicti in ig. e. Jõ hortat̃
nos ſaluatoꝛ Lu. vi. Date ꝛ dabit̃ vob. nã do
nũ elemoſyne opabit̃ fiduciã glie Thob. iiij.
Fiducia magna erit corã ſummo deo elemoſy
na. Quarto debem⁹ hr̃e charitatẽ beniuolẽtie.
nã hõ ꝯfidit de amico nõ de inimico. Ideo. i.
Joh. iiij. In h̃ pfecta eſt charitas dei nobiſcũ
vt fiduciã habeam⁹. Gre. Qui pl⁹ diligit pl⁹
pſumit. Eſt em̃ naturale q̃ aĩalia q̃ abundãt ĩ
caloꝛe ſunt audacia vt canes ꝛ leones. ſȝ anĩa
lia frigida ſũt pauida vt lepoꝛes ꝛ catti. ꝛ Phi
loſophus in ethicis. Senes puſillanimes ſũt
ꝛ male ſpei. econuerſo ĩo iuuenes ſunt magna
nimes ꝛ bone ſpei ppter caloꝛẽ. ꝛ ſic hñtes cha
ritatis caloꝛẽ magna pñt de deo ꝯfidere. vt ma
ria ꝛ martha confiſe ſunt de ſuſcitatiõe lazari.
Joh. xi. Dñe: ecce quẽ amas infirmat̃. Nã ſi/
ne charitate nõ eſt hñda fiducia glie. vñ Am
bro. Sicut ſine via nullus puenit q̃ tẽdit. ſic
nec ſine charitate. Bern. Charita ſaudet ma/
gna petere: ꝛ ad deũ ſuã fiduciã eleuare. Qui/
to debem⁹ hr̃e timiditatẽ reuerẽtie. nã ciuitas
q̃ ſemp rebellis eſt dño ꝛ nõ timuit eũ nec obe
diuit ei. nõ põt hr̃e fiduciã alicui⁹ honoris ſi/
ue doni. ſic illi q̃ nõ ſunt timẽtes deũ. q2 ſcribi
tur puer. xiiij. In timoꝛe dñi fiducia fortitu/
dinis. ꝛ pſ. cxliiij. Voluntatẽ timentiũ ſe faci/
et ꝛc. Jõ hortamur Ecci. ij. Qui timetis dñm
ſperate in illũ. ꝛ in oblectationẽ veniet vob mi
ſericoꝛdia. Sexto debem⁹ hr̃e ſtudioſitatẽ do
ctrine. nã ſcolaris q̃ neſcit doctrinã mgr̃i nõ hȝ
fiduciã eũ accedẽdi. Jõ docemur puerb. xxij.
Appone coꝛ tuũ ad doctrinã meam. ꝛ ſeq̃t̃. vt
ſit in dño fiducia tua. dicit em̃ ſaluatoꝛ Luc.
ix. Qui me erubuerit ꝛ meos ſmones: hũc fi/
lius hoĩs erubeſcet. Septio hr̃e debem⁹ firmi
tatẽ pſeuerãtie. nã miles q̃ nõ fugit de prelio ſi
firmiter ſteterit fiducial̃r ad dñm redit. ꝛ ſic bõ
pſeuerãs in bono. Ad q̃d hortamur. i. Joh. ij
Manete ĩ eo vt cũ apparuerit habeam⁹ fidu
ciã. ꝛ nõ ꝯfundamur ab eo in aduẽtu ei⁹. naȝ
ſcribit̃ Lu. ix. Nemo mittẽs manũ ſuã ꝛc. ſed
q̃ pſeuerauerit vſq̃ in finẽ h̃ ſalu⁹ erit Matt.
x. ꝛ. xxiiij. Ideo Grego. Incaſſum bonũ agit̃:
ſi ante terminũ vite deſeratur.

De eadẽ dñica. Sermo. CLXI.

# T quid cogita v tis mala ĩ coꝛdib⁹ vr̃is. Mat. ix.

P Iſta eſt ſcd̃a ps pncipal̃
iſti⁹ euãgelij in q̃ innuit̃ maifeſtatio diuĩe vtu
tis. nã nr̃a ꝯgnitio oꝛtũ hȝ a ſenſu. Ro. i. In/
uiſibilia dei p ea q̃ facta ſunt ĩtellecta ꝯſpiciũt̃
Et ſic xp̃s in eo q̃ ppalauit coꝛdiales cogitati
ones maifeſtauit diuinã ṽtutẽ: q2 ptinet ad deũ
cognoſcere cogitatões. i. Reg. xvi. Hõ videt
ea q̃ parẽt: de⁹ aũt intuet̃ coꝛ. Jõ ad oñdendũ
ſe verũ deũ arguebat coꝛdiũ cogitatiões dicẽs
Ut q̃d cogitatis mala ĩ coꝛdib⁹ vr̃is. dic̃ nã/
q̃ Hiero. ad demetriadẽ ṽginẽ. Eſt tutiſſimũ
atq̃ pfectũ vt anim⁹ aſſueſcat diſcernere cogi
tatiões ſuas. vt bonas alat. malas occidat. q2
fons boni cogitatio bona. fons mali cogitatio
mala. Notãdũ ſm̃ Ruptũ holgot ſup librũ
Sap. Cogitatiões ſunt multiplices. Prime
ſunt ocioſe ꝛ neglecte: q̃ doꝛmiẽte rõe pter intẽ
tionẽ nr̃am ĩ coꝛde diuſis imaginatiõib⁹ vo/
lutant̃. de q̃ pſ. xciij. Dñs ſcit cogitatiões ho/
minũ: q̃m vane ſunt. Iſte ſunt abijciẽde. nec
in eis diu ẽ morãdũ. q2 di. Bern. Tã facile ẽ
eas reijcere ſic̃ recipe in aĩa. ꝛ ſunt repellende.
Pr̃io q2 inutiles. Iſa. lix. Cogitatões eoꝛũ co
gitatiões ĩutiles. Scd̃o ſunt repellẽde q2 cau
ſant pditiõeȝ tp̃is. q2 di. Caſſio. ſup illud pſ
xxxix. Et coꝛ meũ dereliq̃t me. Quocũq̃ tpẽ
noueris te de deo cogitaſſe illd̃ tp̃s cogita tep
didiſſe. Tercio ſi hõ moꝛat̃ in eis traſferũt ad
turpia. Vñ Bern. Dũ ocioſa tanq̃ mĩma nõ
ſpernim⁹ interdũ labimur ad turpia ꝛ inhone
ſta. Jõ hortat̃ nos Hiero. Nũq̃ vagis cogi/
tatiõib⁹ pateas: q̃ ſi in aĩo ſederint dñabunt̃
tui: ꝛ adducẽt te ad delictũ maximũ. diabolus
em̃ in expugnatiõe aĩe vtit̃ duplicib⁹ inſtru
mentis. ſ. paruis et magnis: ppendit nanq̃ q̃
groſſam ſuggeſtionẽ nõ recipes. Jõ ſicut par
uulus latrunculus p feneſtrã mittit̃ vt maioꝛi
bus latronib⁹ ſeras aptat. ita diabol⁹ paruas
cogitatiões imittit. ꝛ ſi ille p negligentiam ad
mittunt̃ trahũt mentẽ ad malũ ꝯſenſum. Jõ il
le dicit̃ beat⁹ q̃ ſtatim dũ incipit cogitare tur/
pia interficit cogitat⁹. pſ. cxxxvi. Beatus qui
tenet. ꝛ alli. par. ſu. ad pe. Q Scd̃e cogi/
tatiões ſunt crimioſe ꝛ infecte. ſ. q̃ ſunt d̃ his
que in ſe ſunt pc̃ta moꝛtalia. De his dic̃ Hu
go eſt diſtinguendũ. quia ſiunt multis modis
Primo ſine om̃i delectatiõe. q̃ſi vent⁹ flãs ꝛ ſi
ne ꝯſenſu: ꝛ ſic nullũ cauſant dãnũ. ſȝ p reſiſtẽ
tiã hõ meret̃. De q̃ Greg. in moꝛal. Tunc ad